St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



131

QUI REGIS ISRAHEL INTENDE · QUI DEDUCIS TAM QUAM OUES IOSEPH ℣

QUI SEDES SUPER CHERUBIM MANIFESTARE · CORAM EFFRAIM & BENIAMIN & MANASSE ℣

EXCITA POTENTIAM TUAM · & UENI UT SALUOS FACIAS NOS ℣

CONUERTE NOS · & OSTENDE FACIEM TUAM & SALUI ERIMUS ℣

DNE DS UIRTUTUM · QUOUSQUE IRASCERIS SUPER ORATIONEM SERUI TUI ℣

CIBABIS NOS PANE LACRIMARUM · & POTUM DABIS NOBIS IN LACRIMIS IN MENSURA ℣

Cherubim · plenitudo scientiæ interpretatur ℣ In qua XPM sedere manifestum est ℣ Rogat · ut beneficio scæ incarnationis appareat ℣ Effrem · fructificatio ℣ Beniamin · filius dexteræ ℣ Manasses · oblitus ℣ has uirtutes constat inesse saluatori ℣ fructifica ait nos quando surrexit filius dexteræ · id omni potentiæ patris ℣ Oblitus · quando iniuriarum suarum in cruce positus oblitus est · p̃ persequentibus orauit ℣

Postulauit enim se magnopere conuerti · quia se nouerat esse distortum ℣ ostendit faciem in manifestatione filii · cum ait ℣ ipsum audite · in quo et saluati sumus ℣

Panis enim lacrimarum · uita plena est doloribus · sed tamen in ea dei miseratione orbamur · quando dabit et erumnis non extinguimur · sed potius erudimur ℣ nullum tempus alacrimis posse eē uacuū quibus et ipsa refectio erat ploratio ℣

Recte igitur dicitur regi caeli · regisse israhel · quia ipsos proprius regit · qui eum puro corde respiciunt ℣ Intende · ac si diceret · supra nos lumen tuae pietatis infunde ℣ Ioseph · fidelem populum dicit · qui sic in caulas dī deducitur · quasi oues ad pascua congregentur ℣

Deprecatur ut excitet potentiam · id est ut ueniat ad peccata humani generis abluenda ℣ quae enim preces uel quae uota sufficiunt illud expetere · quod mundum possit a sua impietate saluare ℣

Iuste dm uirtutum uocauit · qui solus prevalet de morte mentes dulcedinis liberare ℣ Non enim irascetur ds sibi ultra petimus · sed pulsat conscientia delicti mortalitate nostra dm iratum ℣ Et iratum propheta credebat · quoniam humano generi subuenire tardabat ℣